Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8250
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



Gena

XI

Erat autem tra labii vnus & sermonum eorundem. Cumque profiscerentur de oriente inuenerunt campum in terra sennaar & habitauerunt ibi. Dixitque alter ad proximum suum. Venite faciamus lateres & coquamus eos igni. Habuerunt que lateres pro saxis et bitumen pro cemento. Et dixerunt. Venite faciamus nobis ciuitatem et turrem cuius culmen pertingat usque ad celum. et celebremus nomen nostrum antequam diuidamur in uniuersas terras. Descendit autem dominus ut videret ciuitatem & turrem quam edificabant filii adam & dixit. Ecce unus de populo et vnum est labium omnibus. Cepeunt que hoc facere nec desistent a cogitationibus suis donec eas opere complent. Venite igitur descendamus & confundamus ibi linguam eorum. ut non audiat unusquisque uocem proximi sui. Atque ita diuisit eos dominus ex illo loco in uniuersas terras. Et cessauerunt edificare ciuitatem. et idcirco uocatum est nomen eius babiel. quia ibi confusum est labium uniuerse terre. Et inde dispersit eos dominus super faciem cunctarum regionum. Hec sunt generationes sem. Sem centum erat annorum quando genuit arpharat. biennio post diluuium. Vixit que Sem postquam genuit arpharat quingentos annos & genuit filios. Porro arpharat uixit xxxv annis & genuit sale. Vixit que arpharat post quam genuit trecentis tribus annis & genuit filios & filias. Sale quoque uixit triginta annis & genuit heber. Vixit sale postquam genuit heber trecentis tribus annis & genuit filios & filias. Vixit

terra sennaar. De ista ma egressus est assur. et edificauit ninuen & plateas eius & chale. Celem quoque inter ninuen et chale. Hec est ciuitas magna. At uero mesraim mesluim genuit ludim et anamim. & laabim neptuim & phetrusim & chesluim de quibus egressi sunt philistim. et caphtorim. Chanaan autem genuit sydonem primogenitum suum. et cheum et iebuseum & amoreum. gergeseum et euseum & aratheum. cineum & aradium. simaritheum & amatheum. Et postea dispersi sunt populi chanaanei. Factique sunt termini chanaanei ab sydone gerara usque gazam donec ingrediaris sodomam et gomorram & adamam & seboim usque iosa. Hii filii cham in cognationibus & linguis & regionibus suis & gentibus suis. Celem quoque natus est pater omnium filiorum heber fratre iaph et maiore filio sem. elam et assur & arpharat & lud & aram. filii aram hus et hul & gether et mes. At uero arphaxat genuit sale de quo ortus est heber. Nati que sunt heber duo filii. nomen unum phaleg. eo quod in diebus eius diuisa sit terra & nomen fratris eius iectan. Iectan genuit helmodad & saleph. et arsamoth. Jare & aduram & usal. et deda & ebal & abimahel. saba & ophir & euila & iobab. Omnes isti filii iectan. Et facta est habitatio eorum de mesa pergentibus usque sephar montem orientalem. Isti sunt filii sem secundum cognationes & linguas & regiones in gentibus suis. Hec familie noe iuxta populos et nationes suas. Ab his diuise sunt gentes in terra post diluuium

aut heber